

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Dan. Stalii Regulae Philosophicae explicatae & Orationes aliquot

Stahl, Daniel

Jenae, 1662

Disputationum Philosophicarum Prima, continens Regulas III. pertinentes
ad doctrinam. Actionis et Agentis Respondente publice Elia Himmelio Spita
Nemetano

urn:nbn:de:bsz:31-102400

PARTIS SECUNDÆ
Disputationum Philosophicarum
PRIMA,
continens
REGULAS III.
pertinentes ad doctrinam
ACTIONIS ET AGENTIS:
RESPONDENTE
publicè
ELIA HIMMELIO
Spiritu Nemetano.

Expositis ultimò locō Partis primæ nostratum Disputationum Regulis de causā finali, quibus illas quoque, quæ ad doctrinam appetitus; boni item, eique oppositi mali spectant; propter rationem in Procēm. Disp. X. allatam, ad junximus, visum est primas in hac Parte secundā tribuere actioni & agenti; idque non sine causā, cūm agens à fine ad agendum moveatur.

AA 2 RE-

REGULA I.

Actiones sunt singularium.

I. Triplicem hujus propositionis faciunt sensum. Unus est, actiones esse à singularibus tanquam agentibus: quomodo Hippocratem aut Galenum mederi dicimus. Alter, patiens vel subjectum, in quod aliquid agit, esse singulare: quomodo Calliam aut Socratem curari dicimus. Tertius, terminum, sive id, quod producitur per actionem, esse singulare: sicut dicimus, hunc vel illum hominem esse genitum, hanc vel illam domum extructam.

II. Poterunt hi tres sensus ita exprimi, ut si primum velimus denotare, dicamus, agere esse singularium; si secundum, pati esse singularium; si tertium, generari, fieri vel effici esse singularium.

III. Notat Suarez *disput. XXXIV. s. VII. n. XI.* quartum sensum posse excogitari, eum ni mirum, quod operationes immanentes, quales sunt facultatum cognoscentium & appetentium; comparantur cum suis objectis, ut visio cum re visibili, intellectio cum intelligibili. Sed de hoc inferius.

IV. *I. Metaph. c. I.* scribit Aristoteles: *αἱ ἡ πέντε καὶ αἱ γρίπεις πάσαι τῷ τὸ κατέβασον εἰσι. οὐδὲ αὐθεωπον ὑγιαῖδοι αἰτεῖσθαι, πλην αἱ ἡ πατέρες συμβεβηκός, αἱλάκα Καλλίας ἡ Σοκράτης, ἡ τῶν ἀνδρῶν πινάτη τῶν λεγομένων, ἡ συμβεβηκεν αὐθεωπον εἴναι: Actiones vero generationesque omnes in singulari-*

DISP. I. REG. I.

5

gularibus versantur. Neque enim hominem cum
Medicus, nisi per accidens, sed Galliam, aut Socra-
tem, aut quempiam aliorum, qui ita dicuntur, cui ac-
cidit, ut homo sit. Et paulò post: Ἱεροπλάτων γένη
καθ' ἔκαστον οὐδὲν; id enim quod singulare est, man-
giū sub curationem cadit. Hunc locum in secundam
sententiam loqui, evidens est. Quo pertinent ver-
ba I. Ethic. c. VI, καθ' ἔκαστον γένος ιατρός scil. οἱ ια-
τροὶ: singulis enim medetur Medicus.

V. Γεννᾶται καὶ τὸ ηναγένετον καὶ τὸ γένος. αἱ λα-
λαὶ μάλλον τὸ καθ' ἔκαστον. τέτο γένος οὐδὲν γένος
τὸ γενόμενον γίνεται μάλλον ποιόντι. αἱ λαὶ τὸ δέ πηγῆ
τοῦδε ηγούσαι, ait Philosophus IV. de generat. anim.
c. III. Generat autem & quod particulare est, &
quod genus est: sed magis quod particulare. Hoc e-
nim substantia est. Quod enim dignitatur, et si quale
quid est, tamen hoc quippiam est, idque substantia
est. Quibus verbis id nos doceri, id quod generat
vel agit, ut & id, quod generatur aut per actionem
fit, potius esse singulare, quam universale, qui est
primus & tertius eorum intellectuum, de quibus
§. I. & II. obscurum non est,

VI. Et certè tertius sensus etiam primis verbis
in text. ex L. I. Metaph. productō, comprehendendi
videtur: quamvis exemplum expressè ad eum non
pertineat, sed solum ad secundum.

VII. III. Eth. c. I. dicitur: αἱ γένη περιέχεις τὸν τοῖς
καθ' ἔκαστον; actiones in singularibus versantur.
Et recensentur postmodum ibi illa singularia,

AA 3

nem-

nempe quis agat, quid agat, in vel circa quod agat, &c.

IIX. Ostendi porrò veritas eorum, quæ diximus inductione poteſt. Quod caleſit, eſt hic vel ille ignis: quod caleſit, eſt hæc vel illa aqua: quod producitur per calorem, eſt hoc calidum. Qui ædificat, eſt hic homo; ex quibus ædificat, quæque tractat & versat, hæc ligna, hi lapides; quod ædificatur aut exſtruitur, hæc dominus &c.

IX. Verūm non defunt, quibus hæc labefactari videntur, quæ quidem adducere & diluere viſum eſt. Primo: intelligere, definire, dividere & sunt operationes intellectus, & sunt universalium, ſicuti conſtat. E. nonnullæ actiones universalium ſunt.

X. Secundò: Rectè & verè dicimus, ignis urit, aqua caleſit, homo generatur. Sed si agere pati, generari &c. non eſſent universalium, non rectè ita loqueremur; quia ignis, aqua, & homo universalia ſunt.

XI. Tertiò: Subjectum, de quō aliquid demonstratur, eſt id, cui id, quod demonstratur, primo & per ſe in eſt, I. Poſt. c. IV. & V. Sed univerſale eſt id, de quō, ut alia affectiones, ita & actiones aut paſſiones demonstrantur, ut conſtat ex cap. cit. & præterea ex cap. VII. XX. XXIV. &c. ſicut nutritio de corpore animato demonstratur.

& putre aliquo e

XII. nera, & ſæ. Si gulari: tur, q tribuen

XIII. ex verb E. hom

XIV. primu tam ha posſe, a autem

mate n luſ I. M. I. Metz maner & à qu Sicuti mo eſt

XV. funde ctioni nem titutu nemi

D I S P . I . R E G . I .

7

& putrefactare de corpore mixto, non de singulari aliquo corpore animato aut mixto.

XII. Quartò ex t. 38. L. II. Phys. generum genera, & singularium singularia dicenda sunt cause. Sicut ergo actio in singulari est agentis in singulari: ita & actio in genere rectius generi tribuitur, quam singulari, ut effectio statuæ statuarie tribuenda est, non huic statuario.

XIII. Quintò Callias per se sanatur, uti constat ex verbis §. IV. allatis. Callias per se est homo. E. homo per se sanatur.

XIV. Hæc argumenta ordine jam diluemus. Ad primum respondet Suarez, id pertinere ad quartam habitudinem, de quâ §. III. Et in eâ negari non posse, actiones alias esse universalium. De hâc autem habitudine Aristotelem in præsentî axiomatice non fuisse locutum. Neque aliud vult Javellus I. Metaph. quæst. VII. Confer etiam Fonsecam I. Metaphys. c. I. q. V. s. III. Sanè si operationes immanentes referuntur ad subjecta, quibus insunt, & à quibus elicuntur, & ipsæ sunt singularium. Sicut enim hic homo est, qui scribit: ita & hic homo est, qui aliquid cognoscit, aut appetit.

XV. Alii, cum, actiones esse circa singularia, fundetur in I. Metaphys. c. I. dicunt, ibi vocem actionis non sumi generatim, ut omnem operationem, etiam θεωρίαν vel cognitionem complectitur: immo expressè γνῶσιν & πεδίζην sive actionem ibi opponi. Hâc igitur ratione responden-

AA 4 dum

a quod a
diximus
est hic ve
la aqua.
calidum.
bus ædif
na, hi la
hæc do
ec labefac
diluere
ridere &c
niversali
universa
us, ignis
d si agere
im, non
thomou
tiquid de
ratur, pri
d univer
a & actio
constat ex
XIV. St.
onstratus
¶

dum est ad minorem, esse quidem ratiocinari, definire, dividere, operationes intellectus, non tamen esse πράξεις vel actiones, ut Aristoteles *dict. loc.* hasce voces accipit. Præfert enim experientiam arti in agendō, artem verò experientiæ quoad cognitionem. Opponit igitur actionem cognitioni.

XVI. Pro solutione aliorum, sciendum, aliud esse loqui de actionibus eorumque subjectis, efficientibus & terminis, ut in reipsâ sunt, & ut illa exercentur; aliud, ut cadunt sub cognitionem & scientiam. Sicut ipsæ actiones, ut in reipsâ sunt & exercentur, singulares sunt: ita agentia, subjecta & termini eorum primò & per se sunt singularia. Quemadmodum autem ipsæ ad scientiam pertinent, non quâ singularia, sed quâ universalia sunt: ita subjecta, causæ, termini, quibus tribuntur in scientiis, non sunt singularia, sed universalia. Et hoc aperte testatur Aristoteles *I. Metaph. c. I* docens, artem vel scientiam rerum agendarum esse cognitionem universalium, ipsas actiones autem esse circa singularia. Ex hisce sumenda est responsio ad argumentum secundum, tertium & quartum.

XVII. Ad secundum: Si agere, pati, generari, nullò modō essent universalium, ne quidem ut cadunt sub cognitionem & scientiam, non recte diceremus, ignem urere, lapidem moveri, hominem generari. At sic antecedens à nobis non astruitur.

XIX.

XIX.
ctiones
sunt in
funt sing
vel ut ip
sic conc

XIX.
quartâ,
illud ob
efficiun
res hōc
scientia
ramus,
sis attri

XX.
ficit in
smus si
partic
tur.
quidam
lare.

XX.
ctione
eorum
cit, ho

XX.
bat,n
bat e
quid

XIX. Ad tertium: De quô demonstrantur actiones & passiones, illi per se & primò insunt, ut sunt in rerum naturâ, vel ut exeruntur, aut ut ipsæ sunt singulares: nego; ut cadunt sub scientiam, vel ut ipsæ sumuntur in universali; concedo. Sed sic conclusio nobis non adversatur.

XIX. Præscriptum Philosophi in objectione quartâ, tantum abest, ut violemus, ut vel maximè illud observemus. Quia enim res, ut opere ipso efficiuntur, singulares sunt, ideo & causas singulares hoc modô iis adsignamus: sed quoniam ut sub scientiam cadunt, aut ut in docendô eas consideramus, universales sunt, ideo & universalibus causis attribuimus.

XX. Ad quintum: Ut alia jam omittamus, sufficit in præsenti breviter dixisse, cùm syllogismus sit in tertiat figurâ, requirere conclusionem particularem, ut hanc: *quidam homo per se sanatur*. Quod nobis non adversatur, cùm per voces, *quidam homo*, intelligatur individuum sive singulare.

XXI. Neque absolutè negat Philosophus, actiones esse universalium; sed significat tantum, eorum non esse per se, sed per accidens, quando dicit, hominem per accidens curari.

XXII. Verum & hoc ipsum, & ratio, quâ id probat, non contemnendum ingerit dubium. Probat enim inde, hominem per accidens curari, quod hominem esse, accidat Calliae, qui per se cu-

AA 5 ratur.

ratur. At quis non videt, hanc hypothesin esse falsam? Non enim accidens Calliae est homo, sed essentia ejus est.

XXIII. Huic objectioni ita satisfaciendum es-
se censemus: Verbum *σοὐλεῖνειν*, quod reddi-
accidere, non unō modō accipitur apud Philo-
phum: Prima significatio vulgata est, quā sumit
pro eo, quod alicui convenit *præter* essentiam.
Ethoc modō non accedit Calliae, quod sit homo,
sed hæc est ejus essentia, nec veretur Scōtus affir-
mare, hanc propositionem, *Callias est homo*, esse
per se primō modō. Deinde, ut idem est, quod a-
licui consequens esse, sive ex aliō inferri; vel e-
stam inesse aut convenire alicui. Ita cum in defini-
tione Syllogismi dicitur, positis quibusdam *άνθρωποι σοὐλεῖνειν* hoc idem est, ac si dicatur, aliud quid
consequi, vel inferri.

XXIV. Hac significatione verissimum est, Cal-
lia *σοὐλεῖνειν*, quod sit homo, quia ab indivi-
duo ad speciem valet consequentia. Rectè enim
colligimus ita: Callias est: ergo homo est. Unde
& quod hic dicitur, *σοὐλεῖνειν*, cit. e. I. L. IV. de
gener. anim. est *ἀνθρώπειν*, quando dicitur, *τὸ κανόνην ἀνθρώπου τοῖς καθ' ἑκατόν*, commune vel
universale sequi omnia singularia, sicut homo se-
quitur Socratem. Unde neque in definitione Syl-
logismi, neque in loco, de quō jam disceptamus,
illud verbum per *accidere* vulgo commodè reddi
viri eruditī monent.

XXV.

XXV.
musicum
non pot
tionē, p
est acci
statur, ip
dō, ut s
neque p
alteram
quens h
musicus

XXV.
quām in
dixisset
nem &
Corisc
bō *τρω*
nem, in
rum, ni
vel pall
que sig
Calliae

XXV.
gere, q
rō rat
cā voc
indicat
quām C
ea, qu

XXV. Lib. V. Metaphys. t. 2. ait Aristoteles, & musicum & hominem σωματικόν Corisco. Ubi non potest verbum hoc sumi in primā significatione, propter alteram partem, quia homo non est accidens Corisci, sed, ut Aristoteles ipse ibi testatur, ipsi inest, ut genus, vel, exponente Alexandro, ut species, & in ipsis existens essentiā. Sed neque per consequi videtur posse exponi, propter alteram partem, quia musicum esse non est consequens hominis. Non enim valet: Est homo. E. musicus.

XXVI. Videtur ergo hōc locō nihil aliud esse, quam inesse vel convenire aliquid alicui. Unde cūm dixisset Philosophus, utrumque, nempe & hominem & musicum, σωματικόν alicui singulari, ut Corisco; id diversimodè fieri docens, utitur verbō τοάρχεν, inesse, & dicit: unum, nempe hominem, inesse ut genus & tanquam esse entiale, alterum, nimirum musicum, ut habitum substantiae vel passionem, h. e. ut accidens. Et hāc tertia quaque significatione rectē dici hominem σωματικόν Calliae evidens est.

XXVII. Neque difficilis operæ est, hinc intelligere, quid sit Calliam per se curari, hominem vero τοάρχη σωματικός: (fortassis enim præstat Graeca voce uti quam Latinâ, propter causam §. XXIV. indicatam) nempe illud nihil aliud esse videtur, quam Calliam ratione sui curari, & non propter ea, quod consequatur aliquid, aut alicui inha-

cui

cui ratione sui conveniat; hoc autem nihil aliud
est, quam hominem curari, quod consequatur.
Calliam, qui curatur, & ei insit. Quæ expositio
universalis sententiae, quam singularia per se, univer-
salia autem *ναός τούτου οὐκέτηνος* agere, pati aut fieri
dicimus, nullò negotiò applicari potest. Paulò
aliter rem explicat Suarez in *ind. locuplet.* quem
vide sis.

REGULA II.

Actiones sunt suppositorum.

I. Certum est, quæ nobis supposita dicuntur,
ea Aristoteli venire voce substantiæ primæ, qualis
est aliquis homo, aliquis equus. Et disputat Suarez
disp. Metaph. XXXIV. in rebus creatis idem
penitus esse substantiam primam & suppositum.
Dicit, *in rebus creatis*, propterea, quod Deus, sum-
tâ hâc voce, ut est communis tribus personis, sic
quidem substantia prima (non quidem, ut haec
vox respectum involvit ad secundam, quomodo
solam substantiam prædicamentalem & finitam
substantiam primam esse ait, sed ut denotat nega-
tionem prioris) cum tamen non sit suppositum,
paulò post videbimus.

II. Communis & recepta sententia est, sup-
positum & personam differre, ut magis & minus
commune; & personam non usurpari nisi de sub-
stantiâ primâ intelligendi vi pollente; supposi-
tum

tum aut
extende
sint, &
cephalu
sonæ.

III.
est, pers
nicabili
tum int
bilis.

IV.
d. I. q.
quid po
quod e
potest
de que
Comm
habere
Johann
art. I.
portet,
nicabi

VI.
in abst
cident
substa
tam,
nullan
veri ma

tum autem ad alia quoque etiam inanimata ~~se~~
extendere, ita, ut Petrus, Paulus, Gabriel personæ
sint, & per consequens etiam supposita; sed Bu-
cephalus, hic leo, hic lapis, supposita sint, non per-
sonæ.

III. Famosa Richardi de S. Victore definitio
est, personam esse intellectualis naturæ incommu-
nicabilem subsistentiam. Quà ratione per supposi-
tum intelligenda erit res omnino incomunicâ-
bilis.

IV. Pro cuius intelligentiâ notat Scotus I.
d. I. q. I. a. III. d. XXIII. communicabile ali-
quid posse dici dupliciter, ut quod, & ut quo. Ut
quod communicabile est, quod communicari potest pluribus, quorum quodlibet est ipsum, vel
de quorum quolibet prædicatur in casu recto. Communicabile ut quo est, quod se habet vel
habere potest, ut forma alicujus, aut, ut habet
Johannes de Rhadâ part. I. controversial. XXII.
art. I. alias ut pars. Ut aliquid sit suppositum, o-
portet, ut nec primô nec secundô modô commu-
nicabile sit.

VI. Ex quibus colligitur I. nullum accidens
in abstracto significatum, sive nullam formam ac-
cidentalem, nullam substantialem, nullam item
substantiam completam in abstracto significa-
tam, ut humanitatem sive humanam naturam,
nullam quoque partem integralem, ut oculum
vel manum &c. in numerum suppositorum ~~esse~~
refe-

referendum: quodlibet enim horum communicatur, ut *quo*. Etsi autem anima rationalis à corpore separata non est actu communicata corpori; quia tamen ex suâ naturâ communicabilis est ideo nec ipsa in eô statu suppositum est. Quod & dicendum esset de formâ accidentalî, si à Deo extra omne subjectum constitueretur. II. Nec nullum universale suppositi nomine venire posse quia communicatur singularibus, ut *quod*; ut homo Petro & Paulo. Atque hanc ob causam, nec Deus suppositum est: communicatur enim tribus personis, quarum quilibet Deus est. Ex quibus patet, solam substantiam singularem, completam & incommunicabilem suppositum vocari.

VI. Nonnulli addunt definitioni personæ *quod non sustentetur in aliò*: quâ de re vide *Martini Chemnitium de Deo in spec. c. II. membr. IV.* Sed de hisce hōc locō non est subtilius disquirendum. Abundè hæc sunt locō præmunitionis.

VII. Ad rem. Actiones esse suppositorum ita accipimus hīc, ut & causam efficientem sive principium, à quo est actio, & subjectum, in quod aliquid agit, intelligamus, & dicimus, agere & patere suppositorum. De termino, sive eō, quod fieri per actionem aut generari dicitur, agemus secundum *Reg. seq.*

VIII. Ad priorem sensum pertinet, quod *VII. Metaph. t. 22*, dicitur, τὸν φόρον φύσης οὐτων. *λέγεται*

à quō (a
in iis. qu
post: rō;
φόρον
mal, &
IX.
Φύσης
non sun
rerum n
ta natur
quæ in s
textum
cum ex
§. V. ad
X.

*Reg. pr
XI.
positum
dis, for
III. Cat
numer
zam C
supposi
lem tam
ner. ani
supposi
non esse
XII.
in The*

agni

communis à corpora corpora
nalis à corpora corpora
cata corpora corpora
nibilis est. Quo
i; si à Deo
II. Ne
enire posse
quod; ut
b causam
unicatur
et Deus et
ngularem
ppositum.

è quô (aliquid per generationem naturalem) sit,
in iis, que naturâ constant, numerantur. Et paulò
post: τὸ γνόμονον ἔχει Φύσιν, οἷον Φυτὸν ή ζῶον, καὶ
ὑφ' ἧς, Id quod sit, naturum habet, ut planta aut ani-
mal, & id etiam, à quô sit.

IX. Quæ autem sint τὰ Φύσιν ἔχοντα vel τὰ
Φύσεων, constat ext. 4. & 7. L. II. Phys. nempe
non sunt vel materia aut forma, vel proprietates
rerum naturalium, sed ipsa corpora sive composi-
ta naturalia, ut homo, equus, leo, ignis, ferrum &c.
quæ in singulari sumta supposita sunt. Refero huc
textum 64. L. I. de anim. inferius allegandum, & lo-
cum ex c. III. L. IV. de gener. animal. Reg. præced.
§. V. adductum.

X. Pro posteriori sensu faciunt textus §. IV:
Reg. præced. citati.

XI. Patet quidem singulare latius quam sup-
positum. Nam hæc Grammatica, justitia Aristote-
lis, fortitudo Scipionis, singularia sunt, ut ex Cap.
III. Categ. constat; in suppositis tamen non esse
numeranda, notum est ex suprà dictis. Et huma-
nam Christi naturam singulare esse, certum est;
suppositum esse, à fide nostrâ alienum. Aristote-
lem tamen hisce textibus, ut & c. III. L. IV. de ge-
ner. animal. per τὸν αὐτὸν intelligere id, quod
suppositum nos appellamus, legenti non potest
non esse satis manifestum.

XII. Non infrequens est Regulæ præsentis usus
in Theologicis, imprimis in loco de Christo:

Nou

Nobis utsim afferre visum est ex Recentioribus Petrus Martyr in *Dial. de duabus nat. in Christo* inquit: *Dominus glorie crucifixus dicitur, cum passio, crucifixio & mors ad verbum non pertingen (quod unique impassibile est & immortale) sed quae affecta ea natura, quam Verbum ex virginis terro summis, & propriam sibi fecit.* Subjungit quaeque, illas communicationes esse verbales, quo proprietates utique naturæ congruere nequeant. Beza in *resp. ad act. coll. Mompelg.* hanc propositionem, *Deus est passus, sic exponit: Deus, est, caro, Deitati unita, est passa.*

XIII. Sanè si caro Deitati unita, & quidem ut subsistat in ejus persona, est passa; si sic affecta id est, passa, crucifixa, mortua est natura humana quam Verbum assumisit, & propriam sibi fecit. sequitur, ipsum Verbum esse passum, crucifixum mortuum, sive ad ipsum Verbum haec pertigillevi nostræ Regulæ, quod pati est suppositi. Cuiuslibet hominis carne paciente & excruciatâ, ipse ille homo reverâ patitur & excruciatur, & haec ipsum pertingunt, neque communicatio illavbalis est.

XIV. Sed regeris ex Martyre:

Quicquid impassibile est & immortale, non reverâ patitur, vel, ad id passio mors non pertingit.
Sed Verbum est impassibile & immortale.
E. ad id passio & mors non pertingit.

Respon
le & im
immort
divinâ
tur, no
le & im
Negatu
XV.
tes, ner
reipsa u
nes, qui
verbale
XVI.
nempe
prietary
unt re i
tionali
ri; hon
git; nec
XVII.
benda
& quo
illud in
pati; p
e cuius r
Regulâ
est, pri
passio
sunt su
tebit e

Respondeatur: Major est vera, quæ est impossibile & immortale. Jam Verbum est impassibile & immortale secundum naturam propriam, nempe divinam. Et secundum istam naturam non patitur, non moritur. Concedimus. Est immortale & impassibile secundum naturam assumtam.

Negatur.

XV. Et quid est, quod Martyr dicit, proprietates, nempe mori, pati, crucifigi, non congruerunt re ipsa utriusque naturæ: ergo istas communicaciones, quibus Verbo vel persona tribuuntur, esse verbales?

XVI. Duae sunt naturæ in homine, spiritualis, nempe anima rationalis, & corporea. Haec proprietates, nutriti, augeri, intelligere, non congruent re ipsa utriusque naturæ. Illæ enim animæ rationali non congruunt; hæc non convenerit corpori; homo tamen reverâ nutritur, augetur, intelligit, nec verba hæc tantum sunt.

XVII. Ceterum distinctio hic necessaria adhibenda est inter principium, ut & subjectum quod, & quo. Quæ nomina ut declareremus, dicimus, per illud intelligi id, cui in recto tribuitur agere vel pati; per hoc id, cui in oblique, & per quod, sive cujus ratione alicui tribuitur in recto. Loquitur Regula de principio & subjecto quod, & sensus est, principium quod actionis, & subjectum quod passionis esse suppositum. Multa enim, quæ non sunt supposita, esse principia & subjecta quibus, patet ex seqq.

XIX. Ita gubernator est is, qui, vel id quod gubernat navim: id, quod gubernat, duplex est: manu enim id peragit & temone, *II. de anim. t. 15.* Quod vivit, sentit, scit, est corpus animatum, ut homo; quod vivimus, sentimus, anima; quod sci-
mus, tunc scientia est, tunc etiam anima, *ibid.* In-
est enim scientia animae, & ratione animae, non
ratione corporis, homini. Sic artifex est princi-
pium efficiens *quod*; ars est principium effectivum
quo rerum artificialium, *VII. Metaph. t. 23.*

XIX. Insignis est *t. 64. L. I. de anima*, ubi, di-
cere autem, inquit Philosophus, animam traxi, va-
timere, simile est, ac si quis dicat, animam texere,
vel edificare. Nam melius est fortasse, dicere, no-
animam, sed boninero animam misereri, vel discen-
deret, vel ratiocinari.

XX. Ad quem locum Themistius ita: Planeti
qui motus, quorum causa est anima, soli anima in-
buunt, perinde sentiunt, ac si quis animam texere
edificare videret diceret. Nam & horum motuum ei-
causa anima, habitus & ratio edificandi in anima
est. Sed quemadmodum opifex & stractor edificat
non ars ipsa edificandi, ut Citharædus pulsat, non
Musica, quantum opifex edificet ex arte, & Citha-
rædus pulset ex Musica: ita animus nec misericordia
flectitur, nec iracundia commovetur, sed homo pri
animam. Quare homo & natat, & lavatur, &
vescitur, non voluntas aut propositum, quo gerun-
tur hæc omnia.

XXI. E

XXI.
incidit p
nec tam
quanqu
homini
XXII.
accurat
quod vo
quari i
personat
ne cve
ctio pre
sint in C
ut exci
lactym
rum bu
de vivi
cipiatu
vina po
traque
tyremi

XXI.
æ tum
attulin
est hiæ
attrahi
mus &

XXI.
Animæ

D I S C . I . R E G . II .

XXI. Et paulo post: *Quemadmodum gladius
incidit per aciem: & sphaera volvitur per figuram;*
*nec tamen incidit aries: nec figura volvitur: & homo
quamvis per animam irascitur; non tamen anima
homini irascitur.*

XXII. Damascenus Lib. III. oribod. fid. c. XXV.
accuratè hæc distingvit in Christo, principium
quod vocat *creatus*, & dicit esse *creatum*, per
quæ idem intelligit, quod nōs voce suppositi vel
personæ. Principium autem quo denotat nomi-
nem *creatus*, quod dicit esse naturam, ex quâ at-
tio prodit. Et docet, cum duæ diversæ naturæ
sint in Christo, alias actiones esse proprias divinæ,
ut excitare ex mortuis Lazarum, alias humanæ, ut
lactymati: (*Neque enim, inquit, vivificat Lazarum humana natum;* quod si de cæ ratione sibi, aut
de vivificatione tanquam propriâ ejus actione ac-
cipiatur, controvèrsia caret; *neque lacrymatur divina potestas*) omnes tamen ipsi personæ, in quâ u-
traque natura subsistit, tribui. Quod contra Mar-
tyrem & Bezanii observandum.

XXIII. Probari igitur potest Regula induc-
tæ tūm eorum, quæ §. XIIIX. & Reg. preced. §. VI.
attulimus, tūm sequentium. Quod enim urit,
est hic ignis, quod generat, hic bos, quod ferrum
attrahit, hic magnes, quod comburit, hæc do-
mus &c.

XXIV. Verum sensu univerali ejus objicitur:
Anima à corpore separata intelligit, h. c. est prin-

EB z cipium

cipium & subjectum *quod* intellectio*nis*; & tamen nec ipsa suppositum est, nec aliud quocunque suppositum nominare licet, cui intellectio eius tribuat*ur*.

XXV. Sunt, inter quos Dominicus de Flandria qui statuunt, Regulam tantum accipiendam esse de actionibus transeuntibus, non autem immanentibus. His nihil difficultatis isthac objectio ingerit, cum intelligere sit actio immariens.

XXVI. Verum aliud est, referre actiones immanentes ad objectum, aliud ad subjectum, in quo sunt, & à quo sunt. Concedimus, nonnullas actiones immanentes non esse singularium, ut objectorum, cum intellectu universalia cognoscamus. Dico *nonnullas*, quia sensuum actibus, qui à ipsis immanentes sunt, non apprehenduntur universalia, sed singularia. Quin ipse intellectus quoque non universalium tantum est, sed & singularium. At quæstio hic nobis est de subjecto quod recipit, & de causa efficiente, qua in actionibus immanentibus coincidunt: hoc est, idem causa efficiens & subjectum recipiens actionum immanentium. At sic eas esse suppositorum, re ipsa loquitur, & exempla proposuimus *Reg. proced. §. XIV.* Videatur *Aquarius Lib. I. Metab. ab lucidat. VII.*

XXVII. Quid, quod alii objectionis loco affirunt actionem etiam transeuntem? Si enim, inquiunt, calor separatim ab omni subjecto exis-

yet, pro
supposit
lefacere

XXII

*IV. exte
esse supp
existent*

*I. q. XX
tia per s
ut pari
re separ
quemad*

XXII

*g. III. a
agere ,
Forma
eam no
corpora
ab omn*

XXX

*supposi
supposi
etionis
cere die
ri per e*

XXX

*ctiones
supposi
verò et*



yet, procul dubio calefaceret; nullō nihilominus suppositō existente, quod per eum dici posset calefaceret.

XXIX. Fonseca *I. Met. c. I. quest. V. s. III. & IV.* extendit Regulam asserendō, omnes actiones esse suppositorum, vel saltem singularium per se existentium, quod desumissē videtur ex Cajetanō *I. q. XXXIV. a. IV.* Intelligit autem per existentia per se, quae nec sunt in aliō ut in subjectō, nec ut pars in totō; quomodo quidem anima à corpore separata per se existit, licet suppositum non sit, quemadmodum dictum est §. *V.*

XXIX. Idem vult Scotus, quando *IV. d. XII. q. III. ad secundū princip. asserit*, suppositi esse agere, vel alicujus habentis modum suppositi. Formam autem habere modum suppositi, ipsi est, eam non informare aliquid, qualis est anima à corpore separata, & qualis esset calor, si divulsus ab omni subjectō existeret.

XXX. An ita res expedienda est? Actiones sunt suppositorum, si ipsum principium actionis est suppositi, aut in suppositō: sicut calor, qui calefactionis principium est, est in igne, qui inde calefere dicitur, & ars medendi in homine, qui mederi per eam dicitur.

XXXI. Sed ulterius hīc disputari potest, an actiones & passiones, quae suppositi sunt, sint solius suppositi, nimirū tanquam principii *quod*, an verò etiam aliis, verb. *grat.* formis aut accidenti-

10 PARTIS SECUNDÆ
būs ejus in abstracto sumtis , hōc pactō adsc̄ibit
possint?

XXXII. Vatzquetz, non tantum suppositorum
esse, disputat *Parte III. disp. XXI.* Afferit enim
rectē dīci , non Christum tantum passum esse
mortuum, sed ipsam etiam humanam naturam.
Et quis inficias iverit , Deum, ut significatur hi-
voce tanquam communi tribus personis, quā quidem
ratione persona aut suppositum non est, cr-
āsse mundum, gubernare eum &c? Oculum cura
Medicus, I. Eth. c. XIII. ergo oculus curatur: quia
tamen suppositum non est.

XXXIII. Sumit quoque Vatzquetz argumen-
tum ab accidentibus in subjectō extraneō existen-
tibus; ut à calore in aquā. Is ita principium calefactionis est, ut subjectum nihil ad eum confor-
mat, sed sit tantum quasi vehiculum ejus, & ita to-
ta actio calori tribuatur. Quidnī ergo pro prin-
cipiō quod calefactionis habendus sit?

XXXIV. Adducit etiam in subsidium *textus*
i. L. III. de anima, ubi dicitur, *de ea parte anima*
quā cognoscit anima & sapit &c. instituendam es-
trationem. Expressè hīc Aristoteles principium
quod cognoscendi & sapiendi constituit animam
ipsam.

XXXV. Verūm hunc locum quod attinet, al-
ter eum interpretatur Zabarella ex Theimisto.
Dicit enim, continere quandam modum loquen-
ti, quō Aristoteles non anima tribuat, quod co-

gnoscet

gnoscat
nempe
culāni

XXX
quod An-
beat, i
quā, si
animatu-
nimam

XXX
Unus ef-
ubi dici
sentim
mā, add
zio adve
cit, hom
&c. sed
dicat, a
mam te
ait Zaba-
credena
quendō

XXX
debimus
actionē
ita ab a-
non ab
re, & fi-
non ma-

gnoscat & sapiat , sed ipsi composito animato,
nempe homini, ut sensus verborum sit: *De parti-
culâ animâ, quâ homo cognoscit & sapit &c.*

XXXVI. Hanc expositionem confirmat inde,
quod Aristoteles ubique *in libris de animâ* prohi-
beat, ne ipsi animâ tribuamus operationem ali-
quam, sed semper corpori per animam, ut corpus
animatum dicamus esse illud, quod operatur; a-
nimam verò illud, quod operatur.

XXXVII. Affert autem duos textus Aristotelis,
Unus est *24. L. II. de anima* citatus à nobis §. *XIIX.*
ubi dicitur, animam esse id, quod primò vivimus,
sentimus & intelligimus. Alter est *6. 4. I. de ani-
ma*, adductus supra §. *XIIX.* qui directè Vatzque-
zio adversari videtur. Eò enim non tantum di-
cit, hominem esse, qui animâ misereatur, timeat
&c. sed expressè asserit, tam absurdum esse, si quis
dicat, animam timere, irasci, ac si affirmet, ani-
mag texere vel ædificare. *Idèò si jam Aristoteles,*
ait Zabarella, hoc nobis præceptum dedit, non est
credendum, quod hic sibi aduersetur, & propriè lo-
quendò dicat animam cognoscere & sapere.

XXXIX. Ad posteriorem locum prius respon-
debimus. Et Vatzquerz quidem duplicit generis
actiones in homine constituit: quadam oriuntur
ita ab animâ, tanquam à principiō quo, ut tamen
non ab eā solā per se oriuntur, sed etiam à corpo-
re, & sic à naturâ totius compositi, quod corruptib
non maneat. *Unde ibid. t. 66. dicitur, eō inter-*

PARTIS SECUNDA

euente, nec recordationi locum esse, neque a morialium autem principium sola anima est, neque ad eas corporea virtus per se concurrit. Prioris generis operationes sunt illæ, quarum mentio fit in t. 64. nempe texere, ædificare, misereri, iracundimere, discere. Et harum principium quod non est anima, sed tantum principium quo. Posterioris autem generis sunt cognoscere, sapere, de quibus t. 1. L. III. de anima, intelligere, contemplari, de quibus cit. t. 66. Lib. I. Et harum posteriorum principium quod vult Vatzquez esse ipsam animam.

XXXIX. Dicis: Ratiocinari non potest tribu animæ, tanquam principio quod, sed tantum homini, sicut patet ex cit. t. 64. Melius enim, inquit Philosophus, fortasse est dicere, non animam, sed *bominem anima misereri, vel discere, vel ratiocinari*. At ratiocinari est actio solius animæ sive intellectus. E. & posterioris illius generis operationes non possunt adscribi animæ tanquam principio quod.

XL. Respondet iterum Vatzqætz, vocem ratiocinari ita ab Aristotele accipi, ut non sit solius animæ, sed etiam facultatis materialis, & sic totius compositi tantum. Et ipso textu non ratiocinari intelligere & non contemplari opponit Philosophus; illud non soli animæ, sed ipsi communis sive composito tantum expresse adscribens, cum hoc solius animæ esse, videatur assertere.

XLI Ad

XLI. Ad priorem locum potest regeri I. Philosophum non uti exclusione. Non enim dicit, animam esse id tantum, quod vivimus, sentimus, intelligimus. II. animam non esse id, quod vivit, sentit, movetur, sed quod vivimus, sentimus, move-
mur, Vatzquetio, & quotquot *textui. L. III. de*
anim. utuntur, (facit autem id etiam *Scotus IV.*
dist. XII. q. III.) ad demonstrandum, actiones,
quae suppositi sunt, non solius suppositi esse, nimirum tanquam principii *quod*, non adversatur. Ut enim ex hactenus disputatis patet, concessum est,
quasdam operationes solius suppositi esse, & non
formae, nempe animae. Id igitur eodem textu tan-
tum probatum eunt, dari operationes aliquas, quae
non solius suppositi, sed & animae sint, scilicet
tanquam principii *quod*.

XLII. Dicis: Hac ratione principium *quod* &
quo non erunt distincta. Respondeatur, interdum
distingvuntur inter se, ut id, quod est principium
quo non simul sit principium *quod*: quemadmo-
dum animam esse id, quod irascimur aut misere-
mur, ex Aristotele audivimus: nonnunquam au-
tem coincidere, & principium *quo* aliquid opera-
tur, esse simul principium *quod* illius operationis,
nihil est absurdum; quemadmodum distinguunt
principia essendi & cognoscendi; quae tamen pos-
sunt coincidere. Per causam enim propter quam
res est, & cognoscitur.

XLIII. Hisce ita circa loca à Zabarellâ addu-

cta disputatis, nescio an satis cause habeat in tunc
L. III. de animâ vocem anima cum Themistio
exponendi per nomen homo.

XLIV. Cæterum non contempnendam censemus determinationem Scoti / et Dicit, actiones esse tantum suppositorum, non simpliciter, sed tanquam ultimò ab iis denominatorum. Atque ita licet anima dicatur intelligere, Deus creasse, gubernare mundum; tamen ulterius & mediante animâ dicitur etiam homo intelligere, & in divinis Pater dicitur creasse, gubernare. Ita non oculus tantum eurari dicitur, sed ratione ejusippe homo.

XLV. Sed neque hoc prætereundum videtur, supposito non unâ ratione tribui agere aut pati. Tribuuntur enim jam significato voce substantia & substantiam significante: quomodo dicimus Hippocratem vel hominem eurare, Calliam vel hominem curari; jam ut denominato ab aliquo accidere, ut Medicus curat, Musicus curat, si idem sit Medicus & Musicus. Ex quo ipso etiam perspicitur, attributiones illas aliquando esse per se, ut cum Medicus eurare dicitur, aliquando per accidentem, ut cum Hippocrates, aut Musicus curare dicitur, ex II. Phys. t. 33.

REGULA III.

Quicquid fit, compositum est.

I. Το γιγνόμενον απαν δεσμον οντος. Gr. I. Phys. t. 4.

Quin

BLB

BADISCHE
LANDES BIBLIOTHEK

Baden-Württemberg

**Quicquid fit, semper est compositum. Omnia, quo
funt, & ab aliquo, & ex aliquo, & aliquid sunt.**
Id, ex quod sunt, materia est; id à quod, dicitur a-
gens vel causa efficiens; aliquid vero, quod scili-
cket fit, nec materia, nec forma, sed compositum.
VII. Metab. t. 22 § 26 & XII. Metab. t. 12.

**II. De materia videbimus in disput. de mate-
ria.** Compositum fieri controversia caret. Vide-
mus enim quotidie generari plantas, homines &
animalia alia.

**III. Ad probandura, formam non fieri, utitur
Arystoteles argumento, quod ab Interpretibus hoc
vel simili modo spermatum:**

Quicquid fit, constat ex materia & formâ.

Forma non constat ex materia & formâ.

Ergo forma non fit.

Minoris veritas videtur evidens. Si enim for-
ma constitueretur ex materia & formâ, ista forma
aut iterum constaret ex materia & formâ, aut non.
Si hoc, cur de formâ, de qua in principio erat
questio, id similiter non deceperit? Nulla enim
ratio est, cur unam formam potius ex materia &
formâ constare dicamus, quam aliam. Si illud,
habitum progressus in infinitum. De illâ enim for-
mâ eadem redit questio.

**IV. Nonnulli ex Recentioribus, formas quo-
que fieri contendunt, hisce nixi rationibus: I. Speci-
es rerum naturalium sunt: ergo necesse est, for-
mas quoque fieri: quia non materia, sed forma
speciem facit & constituit.**

V. II. Si

V. II. Si neque materia, neque forma totum fit, neque ipsum totum fiet, quia totum nihil aliud est, quam aliquid constans ex hisce suis partibus, immo a partibus suis simul sumtis realiter non differt, ut eruditè disputant Metaphysici. Posterior autem absurdum esse, omnes fatentur. E. & prius ab omni ratione alienum esse necesse est.

VI. Isti Authores, hoc ipsò, quod formas quaque in iis habent, quæ fiunt aut generantur, Majorem propositionem argumenti in §. III. propositi universè veram esse non admittent.

VII. Nos, quamvis non omnino negemus, formas quoque suò modò fieri, de quò in subsequentibus, propositis tamen argumentis nihil obtinem arbitramur.

VIII. Nam quantum ad antecedens primi argumenti, potius individua alicujus speciei per se fiunt, quam ipsa species. Quâ de re Reg. I.

IX. Forma facit & constituit speciem; at non nisi per informationem vel unionem cum materiâ. Etiam si igitur nec materia nec forma fiat, species nihilominus poterit fieri, eò, quod forma uniatur materiæ. Unde consequentia in primo argumento nulla est, quemadmodum & in secundo.

X. Nihil impedit, quo minus totum fiat, etiò nec forma nec materia fiat, modò fiat unio forma cum materiâ. Ita quando paries dealbatur, fit partes albus, & tamen neque materia sive subjectum

albe-

albedin
do, cù
& cum
albus p

XI.
corpus
formia
fieret,

XII.
nihil a
& ani
quæ p
ne ven
dum f
totum
citra e
tes en
primò
vel ut
terà;
inter
ab iis
rem i
i. e. u
In pri
differ
simul
tione
men

albedinis tunc sit, neque forma, nempe ipsa albedo, cum & parties jam olim sit factus, & albedo in & cum tectorio jam ante existat. Sit igitur parties albus per hoc, quod albarium parieti inducitur.

XI. Sic etiam, si Deus animam crearet ante corpus, eamque postmodum in corpus in utero formatum infunderet, hanc infusione nec corpus fieret, neque anima; fieret nihilominus homo.

XII. Neque quidquam refert I. quod totum nihil aliud est, quam aliquid constans ex corpore & anima. Nam verbo *constans* significatur unio, quae præter illas res, quae matetia & formæ nomine veniunt, in toto sive composito reperitur, quæ dum sit, compositum fieri ostendimus. II. Quod totum à partibus simul sumitas dicitur reipsa sive citra operationem intellectus non distingvi. Partes enim simul sumitæ bifariam possunt intelligi: primò, ut idem sint, quod aggregatae sive collectæ, vel ut non sumantur singulatim, sive una sine altera; secundò, ut idem, quod unitæ, sive unionem inter se habentes. Posteriori modo concedimus, ab iis toto reipsa non differre. At sic quoad rem ipsam neque negatur, partes ut simul sumitas, i. e. unitas, fieri, hoc ipso, quod revera idem sunt. In priori sensu falsum est, totum & partes non differre reipsa, quia ut diximus, præter partes sic simul sumitas requiritur ad totum unio. Et hanc ratione, et si partes simul sumitæ non fiant, nihil tamen repugnat, totum fieri per hoc, quod uniantur.

XIII.

ma totius
nihil aliud
partibus,
non dif-
Posterius
E. & prius
t.
mas quo-
tur, Maj-
propositi
emus, for-
ubsequen-
il obtineri
s primi ar-
iei per se
I.
a; at non
cum mate-
rma fiant,
quod forma
in primis
m & in se-
fiat, eti-
nio forma-
tur, fit pa-
subjectum
albe-

XIII. Consuevit autem & h̄ic adhiberi distinctionis similis ei, qua *Reg. preced.* fuijmus usi. Eam exprimemus verbis Soarii dispe. *Metaph. XV. s. IV.* *Majoris claritatis gratia distingvi solet duplex terminus, sc̄ ut quod, & ut quo, seu qui absolute fit, & quod aliud fit.* *Compositum ergo est terminus qui* *seu ut quod: quia illud per se primò fit: nam illud* *maxime intenditur per generationem, & in id ultimato terminatur generatio: & à simili patet in ar-* *zificialibus: nati domus est, qua per se primò adi-
catur &c.* *Terminus autem quo, est forma, quia* *fit, ut per eam compositum constituantur.* Quemadmodum igitur terminus qui generationis est compositum; ita de eō propositio Major in argumen-
tō § III. accepta procul dubio vera est.

XIV. Et si ad ostendendum, compositum potius fieri quam formam, neque h̄ac in parte paribus hanc eum in Nō ambulare passibus, argumentum ab usu loquendi petamus, nullam fortassis merebitur reprehensionēm. Quem enim audiisti dicentem, natam sibi esse animam filii, aut masculi vel fœminæ, & non potius filium, vel masculum aut fœminam. Et ne quis regerat, contentionis funem hic non trahi de hominibus & animis humanis; eadem certe consuetudo obtinet, quando sermo est de animalibus brutis, plantis, & aliis omnibus rebus ortui & interitui obnoxii, uti & de arte factis. Boves, oves, equos, non animas eorum nasci aut getierari; domum ædificari

auf extre
mus.
gregem
dochic
XV.
dō fieri
& 27. a-
teria se-
rit, gen-
at form-
certē in-
dicit, in-
refigur-
ria gen-
anno.
plicat:
se solita-
ricum.
teria; &
bilem:
copulat
circō ag-
cum m-
hec per-
27. Hæ-
XVI.
scriptu-
autem
giuntu-

DISP. I. REG. III.

29

aut extrui, non figuram aut formam domus, dicimus. Et qui dixerit generatione tot animarum gregem suum esse auctum, is dubio procul synecdochice loqui perhibebitur.

XV. Non negat Aristoteles, formam ullō modō fieri. Expressè enim, idque non semel cit. t. 26. & 27. assert, formam fieri in aliō, nempe in materia sensibili & singulari. Et Averroës ibid. assert, generans transmutare materiam, ut in eā faciat formam. Si in materia facit formam; forma certē in eā sit. Et Alexander II. quest. nat. c. ult. dicit, in materia subjectā formas generari, ut in ære figuras. Negat igitur, formam seorsim à materia generari, ut exponit Scyrius XII. Met. c. III. in annot. l. a. Pererius L. V. c. V. Aristotelem ita explicat: Vult, ait, indicare, formam non produci per se solitariam & seorsim à materia, & posse à copulari cum materia, sed eam produci ex materia, in materia; & cum materia copulatam, & ab eā inseparabilem: & quoniam nihil aliud est cōpositum, quam copulatum & cōjunctum ex formā & materia, idcirco agens naturale producendō formam copulatam cum materia, dicitur producere cōpositum. Atq; hec perspicuis verbis docet Aristoteles VII. Met. t. 27. Hæc Pererius. Sed de hisce aliō die plura.

XVI. Reprehendunt hodiè & id, quod ab aliis scriptum est, cōpositum primō fieri, formam autem fieri ex consequenti vel per accidens. Largiuntur ultrō, cōpositum illud esse, quod à generans

nerante primariò intenditur; sed tantum abesse putant, ut inde sequatur, compositum primò generari, ut potius existiment, inferendum ex eo esse contrarium, henc formam primò fieri; consequenter autem compositum, propter axioma Aristotelicum: quod primum est in intentione, posterius est in executione.

XVII. Verum ex iis, quæ §. XIII. ex Suarezio audivimus, constat, aliquid primò fieri, esse, sicut tanquam id, quod primò intenditur in generatione. Cum igitur concedant, compositum esse id quod in generatione primò intenditur, nulla causa esse videtur, cur quidquam hic controversia moveatur. Accipiunt illi particulam primò de ordine generationis, cum intelligenda sit de ordine intentionis.

XIX. Ceterum, quod asserit Philosophus, compositum fieri, non tantum ad substantias pertinet, sed & ad accidentia. Testatum id facit cit. t. 22. L. VII. Metaph. Cum enim dixisset, omnia quæ sunt, & ab aliquo, & ex aliquo, & aliquid fieri, ut exponeret, quid per rō aliquid intelligat, addit, aliquid verò dico rationem cuiusq; prædicamentum; aut enim sit hoc, (substantia) aut quantum, aut quale, aut alicubi. Et ibid. t. 32, docet, rationem quā probaverit formam non fieri, idem quoque de accidentibus demonstrare. Et sicut dixit, globum æneum fieri, non globum, (quō exemplum est loco substantiæ) id est, formam globi: ita

asserit,
se lignu
tem, ut
aut ani

XIX.
quod g
te milit
bus, hō
siti den
dum L.
generan
quam e
jecut pi
cratis u
mul ori

XX.
in censi

XXI.
dum &
ita sub

XXI.
dubium
memori
posita.

XXI.
primò,
quod u
mò den
Jam pa

asserit, non ipsum quale, h. e. qualitate in, sed quale lignum, neque ipsum quantum, h. e. quantitatem, ut exponit Alexander, sed quantum lignum, aut animal quantum, fieri.

XIX. Quæri demum & id hic potest, an & id, quod generatur, suppositum sit? Pro negante parte militare videtur, quod partes animalium, quibus, hoc ipsò, quod partes sunt, appellatio suppositi denegatur, dicuntur generari, quemadmodum *L. de gen. animal.* cor primum omnium generari dicitur, & post ipsum interiora potius, quam exteriora. Et Galenus *c. III. de form. fœti* jecur prius aliis partibus effigi statuit. Hippocratis in *L. de diet. & lib. de loc. in hom.* omnes simul oriri, sententia est.

XX. II. Generantur cornua, dentes, quæ & ipsa in censum suppositorum non veniunt.

XXI. III. Paries fit albus, aqua fit calida. Calidum & album formaliter sunt accidentia; supposita substantia primæ.

XXII. Supposita generari aut fieri, nullum est dubium. Quid autem ulterius dici posse exhibemini, patebit ex responsione ad argumenta opposita.

XXIII. Ad primum respondemus: id, quod primò, id est, tanquam primo intentum sit, & ad quod ultimò terminatur generatio, vel quod ultimò denominatur à generatione, esse suppositam. Jam partes animalium in generatione non primi

intenduntur, nec ad eas ultimò terminatur generatio. Ordinatur enim eorum generatio ad ipsum totum. *II. de part. anim. c. 1.*

XXIV. Ad secundum: An dicendum, fieri vel generari esse suppositi, quando forma, cuius ratione compositum sit vel generatur, est forma aliquius totius substantiae, & non tantum alicuius partis? At generationis cornuum terminus quantum est forma cornuum, tanquam partium animalis, non autem totius animalis. Quare sponsio fortassis & priori argumento applicari potest. An ita respondendum: Licet cornua generari aut fieri dicantur, id tamen, quod ultimo fieri per illam generationem dicitur, esse animal cornutum? Per generationem enim cornuum dicimus, animal cornutum fieri.

XXV. Ad tertium: Quod *Regula* *preced.* notavimus, supposito tribui non una ratione agere aut pati, id hic quoque observandum censemus nempe fieri convenit supposito jam expresso nomine substantivâ substantiam significante, (quod etiam referimus, cum hujusmodi voce significatur re arte facta) quomodo dicimus, hominem v. g. Petrum nasci, domum ædificari, &c. jam ut appellato ab aliquo accidente, ut cum dicimus, aliqui fieri album aut calidum. Et tantum de hisce... COROL.

I.

Propositionem exclusivam exclusi subjecti negantem ex respectu, quô alteri opponitur, spectatam aliter esse exponendam, quam quando absolute consideratur, negamus.

II.

Peccat non tantum, qui agit contra conscientiam rectam, sed & qui contra errorem.

III.

Conscientia erronea non obligat ad sui observationem, sive ut secundum ipsam agas; obligat tamen, ne quid contra eam facias.



Ge

Disp.